

Hec eget hic opus est vt faciamus opem
Ista sua nunq̄ virtute resurgeret. isti
Est pietatis opus ferre salutis opem
Si cadat ista semel non est qui subleuat ipsam
Nec quidq̄ pprium quo releuetur habz
Pauper inops et egens quā sic natura beauit
Inuita q̄ misere gratia nulla manet
Non quē fortuna sed quem natura beauit
Munere virtutum diuites omnes habet
Contra naturam nihil inferuisse valemus
Nec volumus nisi qd̄ de ratione licet
Intus et exterius eadem natura manebit
Que prius exiterat sed status alter erit
Quodq̄ nequit fieri naturam degenerare
Nolumus. iniustas non decet esse deas
Res et opes adici possunt extraq̄ lumri
Nature salua proprietate sua
Nos igitur quibus est sup̄ hīs collata potestas
Demus habundanti munera magna manu
Diuitias et opes census fundes et bonores
Predia montana pascua prata greges
Urbis et istius dominā statuamus eandem
Ut nihil in nostro munere desit ei
Iterum Brunellus hortatur Galie
num vt subeat ordini eius
NEC mea mltoties genitrix narrare solebat
Quis me certe non meminisse pudet
Talibus exemplis in religione frequenter
Vulga solent fieri que ratione carent
Hic modus esse solet in religione magister
Illud oportebit te quoq̄ sepe pati
Illud vbiq̄ viget hec sunt specialia multis
Hic prelatorum mos malus esse solet
Hec sunt que faciunt icōuenientia multa
Ut ne conueniant pastor ouesq̄ gregis